

1680 43^b CL
15

DISSESSATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA,
DE
**PACTO HEREDITATIS
CONSERVATIVO,**

Ober:

Bon dem was zu Erlangung einer Erb-
schafft, besonders Rahmens derer Abwe-
senden/denen Rechten nach vorzunehmen.

QVAM
FAVENTE DEI GRATIA,
*EX DECRETO ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS
IN CELEBERRIMA SALANA,*
PRAESIDE

DN. GEORGIO ADAMO STRVPIO,
ICTO CONSUMMATISSIMO, SERENISS. DVCVM SAXO-
VINARIENSIVM CONSILIARIO INTIMO EMINEN-
TISSIMO, FACVLTATIS IVRIDICAE PRAESIDE OR-
DINARIO, CVRIAEC PROVINCIALIS AC SCABINATVS
ASSESSORE PRIMARIO GRAVISSIMO,
ETC. ETC. ETC.

DOMINO PATRONO AC PROMOTORE SVO SVMMO
OBSERVANTIAE CVLTU PROSECVENDO,
PRO SVMmis IN VTRQVE IVRE HONORIBVS, DIGNITATIBVS
AC PRIVILEGIIS DOCTORALIBVS, RITE ET SOLEM-

NITER CAPESEMDIS,
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SISTIT
WVOLFGANGVS CHRISTOPHORVS DONAVERVS,

ORTTENB. BAVAR.
AD DIEM 31. AVGUST. ANNO CICIO C LXXX.
IN ICTORVM AUDITORIO,
MORIS ANTE ET POMERIDIANIS.

IENAE, REC. LITERIS HELLERIANIS, 1733.

DIESER ATLAS GABRIELI ARDIGO


AC

PAGINA OCTAVIA

OMNIA IN LIBRIS

AD TITULUM ET CENSUM LIBRORUM

* (3) *



PROOEMIUM.



Irari subit, tot magni alias nominis Jure-
Consultos, (inter quos facile primas
renet illustrē illud alias Batavia Decus
Arnoldus Vinnius tr. de Pact. c. 19. quem
cum multis aliis Jacobus Mœstertius d.
Iustit. LL. Rom. Dub. 41. presso pede sequitur,) eo per er-
orem processisse, ut & PACTA HEREDITATIS CON-
SERVATIVA, una cum reliquis pactis successoris Jure
Civili reprobatis, indistincte prorsus, nulla licet authori-
tate legali stipati, rejicere, & ut impia bonisque moribus
contraria damnare non dubitaverint. Cum vero huic af-
ferso communis Doctorum Schola conjunctis quasi renita-
tur viribus, & omnis sere praxis reclament, gravissimam
hanc, & à nullo hactenus (quantum mihi quidem videre
contigit,) per tractatam materiam Dissertationis Inaugura-
lis loco, publicæ eruditorum disquisitioni in præsens liste-
re placuit: Quod, ut cedat feliciter, Divinum supplex ve-
nenor Numen. Tu vero B. L. benignam quæso largiri ve-
niam, quoties materia gravitati digna, & Desiderio tuo
sufficiens non respondebit decisio, sponte sequar meliora
docentem. Ast ne contra regulas Disputantium peccasse
videar, methodum si non ab omnibus, à plerisque tamen
hactenus probata in servare, & Dissertationem hand age-

A 2

nuina

Multa vocum origine auspicari decrevi, certissima spe frētus, accuratam vocabulorum evolutionem haud parum ad solidiorem rei perractandæ cognitionem profutram fore; Cum præter Philosophos & Ctos quoque verborum originem magni peperdisse, camque dil. genit. s̄apientia invēstigasse, ex l. i. p. ff. d. iust. & jur. l. i. §. i. ff. d. Pact. l. i. p. ff. d. Furt. & aliis juris textibus quam plurimis fatis superque pateat.

CAPUT. I.

DE
DEFINITIONE TAM NOMINALI,
QVAM REALI.

§. I.

Onomatologia seu nominis evolutio, uti in vulgo notum, tribus potissimum absolvitur partibus: Etymologia, Homonymia, & Synonymia. ETYMOLOGIA Pacti est vel Grammatica, vel Logica. Illa variis varie dicitur, Scaliger. c. 25. d. LL. deducit illud à græco πάτη, quod verbum vetus est, & idem quod sequi seu esse qui significat. Alii à palmarum percussione, cum gl. in l. i. §. i. ff. d. Pact. & l. i. ff. d. cens. vel à pace ejusque actu, quasi Pacis actu. Bald. in l. i. n. 4. d. Pact. Azo. in Summ. Cod. d. Pact. n. 4. Alii à verbo pacis or, vel etiam à pago, seu ut vult Wesenbec. in ff. d. Pact. n. 2. à veteri verbo pago. Förster. d. Pact. c. 1. opin. 1. & 2. Hieron. Treutl. V. 1. D. 6. th. 1. lit. A. Petr. Gregor. Tholos. pactum à pago, quod est firmo, figo, deducit, quod abutroque convenientium voluntas in idem consensu firmetur reciproca promissione Syntag. Jur. Univers. L. 31.

L. 21. c. 2. n. 7. Alii aliter. Notatio vero Logica est ex re ipsa petita, ita ut pactio denotet ipsum paciscendi actum, pactum vero, non quidem ut Wesenbeicus vult *in ff. tit. d. Pact. n. 2*, jus sive obligationem inde resultantem, sed negotiorum pactuum perfectum, *arg. l. 3. ff. d. Danni. infect.* & licet pactum & pactio aliquo modo possint distingui, ita ut pactio sit in fieri, pactum in facto esse. *l. 1. §. 1. ff. d. Pact.* & pactio denotet actum paciscendi, pactum vero id, de quo consensum est, tamen etiam pactum in usu juris est consensio. *d. 4. l. §. 2. l. 3. pr. ff. d. Pollicit. l. 15. ff. P. V. vid. Magnis. Dn. Nicol. Christophe Lyncker. J. Crus Celeberrimus in Dif- f. d. Pact. aph. 16 Conservativum à præpositione cor, & verbo servo dicitur, quod sua sponte patet.*

*§. 2. Hereditatis adagioq[ue] Sacratissimus noster Imperator desumit à voce *Herus*, *S. fin. Inst. d. hered. qual.* & diff. dum dicit, pro herede gerere, est pro domino gerere, & tantæ autoritatis Ducem communis sere Dd. sequitur caterva, dum vocabulum hoc per simplex exprimunt, quasi descendat à rō Herus, vid. Hillig. *in Donell. L. 6. c. 3. nr. C.* Alii vero qui per a scribere malunt, deducunt ab ha- rendo, quod juri universo defuncti & actionibus hæreat. *Hot. 1. amicab. 6.* vel quod hæres defuncto adhæreat. Alii ab arte seu pecunia, Ciceronianam definitionem quam in To- picis tradit, fecuti, quod hereditas sit pecunia a defuncto relicta, quod Wesenb. *in ff. d. hered. insit. n. 2.* per defuncti patrimonium exprimit.*

*§. 3. HOMONIMIAM quod spectat: Varia Pacti in jure nostro accepta est. Primo enim generaliter sumi- tur pro omni conventione & dandi, & faciendi *l. 1. §. 2. ff. d. Pact. l. 15. ff. P. V. l. 7. ff. pro soc.* Wesenb. *in ff. d. Pact. n. 2.* & ad illum Bachov. *m. not. ib. Hier. Treutl. V. 1. D. 6.**

tb. 1. Hahn. in Observ. ad Wesenb. tit. d. pact. n. 2. Secunda do pro conventione quæ in nudo placito, nomine & causa destituto, consistit. arg. l. 7. §. 1. ff. d. Pact. Tertio, pro instrumento quo pactum continetur, ut in l. 7. §. 12. ff. d. pact. Cujac. ad l. 15. in fin. ff. d. Transact. Quarto etiam aliquando id quod pacti nomine datur, significat. l. 3. C. d. obseq. patr. præf. & Gothofr. add. l. 3. lit. G. conf. Colleg. Argent. ff. d. Pact. tb. 2. Verbum quoque conservare, non minus ambiguam interpretationem sustinet: (1.) enim generaliter sumitur, quateaus etiam primum acquisitionis momentum sub latitudine sua complectitur, de quo tamen in praesens nobis sermo non est. (2.) specialiter, quatenus id, quod jam jure acquisitum est, conservari dicitur, quæ significatio hujus loci est. vid. Hahn. intr. d. jur. in re. conclus. 76.

S. 4. Hereditatis vocabulum mox παχυλῶς, seu lange sumitur, ita ut & Bonorum Possessionem includat, l. 138. ff. d. V. S. ubi expresse bonorum possesio hereditatis nomine contineri dicitur. Mox ἀνεψιῶς & stricte, pro hereditate civili, quatenus bonorum possessioni contradistinguitur. §. 1. Inst. d. bon. poss. conf. Hilliger. in Donell. L. 7. c. 14. litera B.

S. 5. Denique Synonimiam Pacti quod concernit, variis illud in jure nostro effertur nominibus: (1.) enim dicitur conventio Legitima l. 5. & 6. ff. d. Pact. (2.) Conventio simplex. l. 23. ff. d. l. l. 12. 21. & 29. C. cod. l. ult. C. d. pact. inter empt. & vendit. (3.) Placitum. l. 45. ff. d. pact. l. 11. l. 14. l. 21. & 28. C. cod. l. 13. C. d. transact. (4.) Lex. l. 39. ff. d. pact. l. 10. C. cod. l. 2. 3. & 8. ff. d. condit. causa dat. l. 1. C. d. pact. convent. l. ult. C. d. rer. permut. (5.) Consensus. l. 16. C. d. pact. l. 2. C. quand. lic. ab empt. reced. (6.) Pactio.

* (7) *

Pactio. l. 6. §. 2. C. d. Postul. l. 14. C. d. Usur. l. 1. ff. d. injur. t.
z. C. d. transact. vid. Magnif. Dn. Lyncker. Preceptor atque
Patronus, nunquam mihi sine laudis encomio pretereundus, in
d. Dissert. d. Pact. (7.) Conditio. l. 7. C. d. Pact. l. 3. C. d.
condit. ob caus. dat. l. 2. C. d. pact. interempt. & vendit. l. 15.
C. d. Usur. (8.) Lex Conventionis. l. 3. C. d. emancip. Li-
ber. (9.) Consensus nudus. l. 7. C. d. patt. Germanis
eine Handlung oder Geding, vid. Joh. Speidel. in No-
tab. Hist. Polit. Jur. verb. Handlung.

§. 6. Hereditas quoque alio nomine dicitur jus he-
reditatis, item jus hereditarium. l. 5. §. 5. ff. d. bis qui effud.
vel dejec. l. 8. C. ad exhib. l. 6. pr. ff. d. relig. & sumpt. fun. l. 6.
pr. ff. d. vulg. & pupill. substit. l. 49. ff. mandat. l. 3. C. d. reb.
alien. non alien. l. ult. §. 1. ff. pro suo. l. 91. ff. ad L. Falcid. jus
quoque mortui successione quæsitum, l. 37. d. Acquir. hered.
& t. t. ff. pro hered. Notandus proinde nobis Bachovius
in not., qui contra Wesenbec. & alios, absque omniratione
scribere non erubescit; figmentum Dd. esse, & chyme-
ram in aëre volitantem jus morte constitutum, ut defun-
ctum repræsentet. Germanis dicitur, Erbrecht/ it. Erb-
gerechtigkeit.

§. 7. Describi itaque poterit PACTVM CONSER-
VATIVVM, seu conservanda hereditatis, quod sit conven-
tio, de obstaculo hereditatem jure communi debitam im-
pediente removendo, & jure succedendi in pristino vigore
conservando. vid. Hahn. tr. d. jur. in re. concl. 77. & Magnif.
Dn. Samuel. Stryk. in Dissertatione d. Pact. Success. sect. 2.
tit. 1. §. 1.

CAPVT

* (8.) *

CAPVT II.
DE
CAVSA EFFICIENTE ATQVE IVSTITIA
HVIUS PACTI.

§. 1.

AD specialem igitur Pacti Conservativi considerationem delati, primum de Causa Efficiente dispiciamus, necesse est; Est autem illa vel Principalis, vel minus Principalis, deinde vel Proxima, vel Remota. Causa efficiens Principalis proxima est Consensus contrahentium. l. 1. §. 3. in fin. ff. d. pact. l. 8. pr. ff. d. accept. l. 9. ff. d. contrab. empt. vendit. l. 5. C. d. O. & A. l. II. & l. 13. C. d. contrab. empt. isque vel tacitus, vel expressus. Expressus autem, quia voluntas in mente retenta nil operatur, l. 7. C. d. condic. ob sans. dat. l. 60. §. 6. ff. Locat. vid. Surdus cons. 321. n. 56. actum requirit externum, seu signum aliquod voluntati sufficiens, quale interdum esse poterit natus, frequentius vox & litteræ. vid. Grot. d. J. B. & P. l. 2. c. II. §. 11. & l. 3. c. I. §. 8. Tacitus vero consensus est, qui non per signa externa exprimitur, sed sola voluntate presumpta ex negotii causa, quod inter pacientes intercessit, provenit. Pufendorff. L. I. §. 23. estque vel presumptus vel fictus, ille presumitur à lege l. 2. §. 1. l. 57. pr. ff. d. Pact. & l. 18. C. cod. Sed de his prolixius hic dicere instituti non est.

§. 2. Causa Principalis remota, quoad primam originem, & formam substantialem, est Jus Gentium, non quidem quatenus ex notitia simplici nobiscum natum esse dicitur, sed quatenus per ratiocinationem, commodorum vita & societatis gratia, à sapientibus, multo rerum usu va-

riaque

riaque doctrina, vestigatum, excultum & introductum, in omnium gentium usum pervenit, & sic omnium, quo cumque nomine veniant, contractuum & obligationum mater re recte constituitur. l. 5. ff. d. justit. & jur. vid. ILLVSTR. & MAGNIF. DN. PRÆSES in S. J. C. Ex. i. tb. 54. it. Hahn. ad WEI senbec. tit. d. just. & jur. n. 16. Quoad formam vero accidentalem, approbationem scilicet & informationem, est Jus Civile, ejusmodi consensum approbans.

§. 3. Idem nunc quod omnibus in universum pactis successoris, nostro quoque facessitur negotium, scilicet quod Juri Civili Romano repugnet; Id vero qui defendere conantur, & Legibus & rationibus sententia sua præsidia querunt, quo vero cum applausu, nunc dispiciendum venit. Textus I. quos nulla adhibita easum distinctione producunt, potiores esse videntur. l. 29. §. 2. ff. de donat. l. 2. §. 2. ff. de vulg. & pupill. substit. l. 2. §. fin. ff. aë bered. vendit. l. 1. §. 21. ff. de Collat. l. ult. C. de pact. l. 34. C. de transact. l. 4. C. de inutil. stipul. l. 52. §. 9. ff. pro soc. l. 5. C. de pact. convent. & l. 15. C. d. pact. qui tamen omnes, (si vel unicam l. 15. C. de pact. excepis,) de pactis conservativis minime loquuntur, sed varios pro diversitate materialium continent easus, quos nisi singulare prorsus ab invicem separaveris industria, variarum difficultatum atque errorum syrtes vix ac ne vix quidem evitare poteris. Distinguendum itaque esse arbitror, inter pacta de hereditate tertii viventis, & de hereditate unius ex ipsis pacientibus concepta. Illa, ipso jure esse nulla, & pacientibus insuper in stipulatum deducta tanquam indignis auferri, & Fisco vindicari, non est, ut quisquam dubitet, & huc pertinent l. 29. §. 2. ff. de donat. l. 2. §. ult. ff. de his quib. ut indigni. l. ult. C. de pact. l. 2. §. 2. ff. d. vulg. & pupill. substit. & quam ibi citat Ulpianus l. 27. §. 4. ff.

B

ad Sct.

ad Sct. Trebell. l. 1. §. 21. ff. d. Collat. & l. 1. ff. d. hered. vend.
 Hæc, vel sunt Affirmativa, vel Negativa, Illa iterum vel ac-
 quisitiva, vel conservativa; Acquisitiva tam simplicia quam
 reciproca, prioribus jamjam reprobatis quoad valorem &
 integratem suam æquiparantur, sive verbis futuris, sive
 præsentibus concepta sint; Et de his loquuntur l. 52. §. 9. ff.
 pro soc. (qui §. 9. ex L. 3. Responsorum Papiniani desumptus est
 it. l. 82. ff. d. t. ex eodem libro de prompta) l. 5. C. d. pac̄t. con-
 vent. tam super dot. & l. 19. C. d. pac̄t. De illis vero l. 34. C.
 d. transact. l. 4. C. d. inutil. stipul. & l. 61. ff. de V. O. Con-
 servativa vero, cum & ea indistincte Objectum Dissertatio-
 nis nostræ non constituant, sed ea tantum, quæ naturalem
 & liberrimam de rebus suis disponendi facultatem non in-
 terrumpunt; sua sponte patet, quod & d. l. 15. C. d. pac̄t. no-
 bis non aduersetur, cum aliud longe pactorum conservati-
 vorum genus contineat, quale Romanis. (quicquid etiam
 contradicit Contius d. pac̄t. Ifeomeria ad d. l. 15.) non pote-
 rat non esse illicitum utpote liberam testandi facultatem re-
 stringens. Nec audiendos illos esse puto, qui adhibita di-
 stinctione textum salvare conantur, an scilicet omnis, an ve-
 ro aliqualis saltem, & de rebus particularibus adempta sit
 testandi potestas, nam & hoc casu idem obtinere, commu-
 nis Dd. sententia est. vid. cum multis aliis Jctus Celeber-
 rimus H. Pistoris. p. 4. quest. 2. n. 4. qui totam hanc succe-
 sionum materiam aliquot quæstionibus felicissime explica-
 tam dedit. Nec mitiorem tandem pacta negativa, seu re-
 nuntiationes, ferent sententiam, nam & easdem Jure Civili
 illicitas ac reprobatas suisse, conséntiens Dd. traditio est,
 partim ob expressos juris textus, l. 13. 18. & 94. ff. d. acquir.
 hered. l. 174. §. 1. ff. d. R. j. l. 15. §. 1. ff. ad L. Falcid. l. 4. C. d.
 possim. reversi. l. 35. §. 1. C. de inoffic. testam. & l. 3. C. d. Col-
 lat.

* (ii) *

Lat. partim ob rationem maxime prægnantem, ne scilicet successio, quæ Juris Publici est, privatorum pactis atque conventionibus immutetur. Addunt & alias Dd. quo tamen ipso, infinitis sese errorum atque confusionum impli-
casse labyrinthis, proprio edoctus exemplo Bolognetus te-
statur, (quem tamen præ aliis, accuratori diligentia diver-
sitatem horum pactorum investigasse, H. Pistoris scribit,) quare & nos easdem cum prædicto H. Pistor. L. 4. quest. 5.
n. 3. & Mev. ad Jus Lubec. p. 2. tit. 1. n. 51. rejicimus. Ex qui-
bus apparet, quod hactenus immissa in nos Dd. tela, no-
stram minime feriant sententiam.

§. 4. Quod II. Rationes attinet, in quibus exqui-
rendis maximopere sudarunt hactenus; adæquatam dare
velle, difficilius rem esse negotii, Job. Ramatus ad cap.
quamvis d. pact. in 6to. & Cagnolus int. fin. C. d. pact. n. 196.
ingenue confessus est; vulgo tamen sequentes afferre so-
lent: (1.) Successionem esse Juris Publici, adeoque pri-
vatorum pactis immutari non posse, *L. ult. ff. d. suis & legit.*
bered. l. 15. §. 1. ff. ad L. Falcid. & l. 3. C. d. collat. (2.) Li-
beram impediti testandi facultatem, *L. 52. §. 9. ff. pro soc. &*
l. 15. C. d. Pact. (3.) continere votum captandæ mortis,
improbante que de bonis alterius sollicitudinem, *L. 2. §. 2. ff.*
d. vulg. & pupilli substit. l. 27. §. 4. ff. ad SCt. Trebell. l. 1. §. 21.
ff. d. Collat. & l. ii. C. d. transact. Evidem me non latet,
plures adhuc superesse, quæ proferri solent communiter
rationes, quas longo etiam catalogo recenset Vasquis
d. success. *creat. L. 2. c. 18. n. 14. & seqq.* sed cum pleraque
huc non pertineant, ad potiores saltem respondisse sus-
ficit.

§. 5. Primam itaque adductam quod attinet ratio-
nem, Jus succedendi pactis atque conventis privatorum

dari non posse, Jusque Civile Romanum non nisi duos successionum modos agnoscere, alterum ex testamento, alterum vero ab intestato, sive itaque ex testamento, sive ab intestato alieni facta fuerit promissio, ex pacto potius quam lege successionem fuisse delatam, verissimum esse. Id vero iura neutquam admittere, l.s. C. d. pacti convent. & l. 15. C. d. pact. Respondeatur enim id nobis minime contraria-ri, cum hic principaliter ac primario lege, non vero pacto deferatur hereditas, siquidem hoc nostrum pactum novi quicquam nil inducit, sed sicut obstaculum & impedimentum succedendi legitimum removeret, atque rem, (successionem puta,) ad pristinum vigorem, delicto, vel statuto, aut rigore aliquo juris turbatum, reducet. vid. Dauth. d. testam. n. 105. H. Pistoris L. 4. quaest. 4. Petr. Theodosicus in *Dissertat. sua pro Loco*, d. pact. success. apb. 5. Hahn. in tr. d. jure in re. concl. 77. Minus priori repugnat altera ratio; Li-beram uenire eo impediti testandi facultatem, cum id ipsum Pacti nostri speciale & essentialie requisitum sit, illibata- tam scilicet testandi facultatem servari. vid. Erasm. Georg. Brem. d. success. ex pact. & H. Pistor. d. L. 4. quaest. 4. & plu- res alii. Tertia vero, qua nunc ventulanda sequitur ratio, ulteriori refutatione vix indigebit, praeter id enim, quod fere credibile non sit, personas arctissimo sanguinis vinculo ab Ipsa Natura conjunctas, parentem scilicet filio, vel fi- lium parenti ejusque vita ob exiguum aliquod, quod ex ob- ventura hereditate speratur lucrum, insidiaturum fore, l. 19. C. d. Episc. & Cler. cum & ipsæ LL. nullum amorem pa-ternum vincere posse præsumant, l. fin. in pr. ff. de Curat. fur. & l. 8. ff. quod met. caus. in odium solum pacti de here-ditate tertii obtinenda inihi, concepta esse videtur, adeo-que nobis contraria non est. conf. H. Pistor. d. l. 4. quaest. 2.

§. 6.

§. 6. Visis itaque, & quadam tenus etiam discussis,
qua^r contra pacti hujus justitiam moveri posse videbantur,
nunc quoque dispiciendum restat, quibus Legum funda-
mentis haec nostra superstructa sit sententia ; Eam autem
Juri nostro Civili nullo unquam tempore fuisse incogni-
tam, (uti plerique Dissentientium somniant,) ex §. 6. Inst.
quib. mod. jus pat. pot. solv. & §. fin. Inst. d. Legit. agnat. suc-
cess. satis superque videre est. Ibi enim parens, emancipa-
tor scilicet, ius filio alias succedendi sibi competens, per
emancipationem filii amissum, contracta fiducia, id est, pa-
rato interposito sibi reservasse dicitur, conf. l. fin. C. d. eman-
cip. liber. l. 18. ff. d. adopt. §. 3. Inst. eod. & l. 23. ff. d. act. empt.
rendit. vid. Franc. Marcus d. pac^t. quest. 13. Salicet. ad l. fin.
C. d. pac^t. Natt. ad cap. quamvis d. pac^t. in 6to. n. 6. Corras.
Lib. 6. Miscell. c. 9. Graß, in commun. opin. §. success. ab intest.
c. 15. n. 1. Goedd. d. contrah. & committ. stipul. c. 67. concl. 7. n.
88. Bartol. ad l. 61. ff. d. V. O. it. Zafius. ad d. l. n. 19. & 20. Rit-
ter. d. confratern. tb. 7. Ramat. add. cap. quamvis n. 19. & 24.
Wassenbach. ad l. fin. C. d. pac^t. Erasm. Georg. Brem. d. suc-
cess. ex pac^t. n. 42. Magnif. Dn. Stryk. Dissert. d. pac^t. success.
sect. 2. tit. 1. §. 1. H. Pistor. L. 4. quest. 4. Hahn. in volum. se-
lect. Diff. 2. tb. 2. & tr. d. jur. in re concl. 77. n. 6.

§. 7. Causa Efficientis munus principalis seu ~~negua-~~
~~raputivā~~, est justa conventionis causa ; ius scilicet iam ab
intestato quam per testamentum succedendi ipso jure com-
petens, quatenus delicto, vel statuto, vel alio quodam ri-
gore juris amissum : de quibus tamen sequenti capite com-
modior erit dicendi occasio.

§. 8. Antequam vero præsens finiamus caput, haud
abs re erit, ad magis magisque illustrandam Pacti nostri ve-
ritatem, essentialia qua^rdam à Dd. præsupposita requisita ad-

duxisse, ne quis forte sibi persuadeat, nos indistincte omnia
 pasta, quibus jus aliquod succedendi à priori competens,
 reservatur, quoad omnes juris effectus valida pronunciasse.
 Quo enim ex mente Dd. pactum conservativum recte dica-
 tur, tria potissimum erunt necessaria, (1.) ut jus succedendi
 alias competens fuerit impeditum, non vero penitus subla-
 tum, quod enim si fieret, utique conservari amplius non
 posset, cum non entis, nullæ sint qualitates, conf. Castrenf.
 ad l. ult. C. d. pact. in fin. (2.) ut de removendo potius obsta-
 culo, quam de successione ipsa actum esse appareat, seu
 quod idem est, ut paciscens succedere queat, non vero ut
 debeat. Ritter. d. confrater. d. eb. 7. Natt. in d. cap. quamvis.
 n. 193. & H. Pistor. L. 4. quest. 4. n. 11. (3.) Ne libera testan-
 di facultas impediatur, sed ut semper cum hac exceptione
 pactum esse intelligatur. Cagnol. in l. ult. C. d. pact. n. 172.
 ibique Decius. n. 26. Dauthius d. testam. n. 105. & Mev. ad Jus
 Lubec. p. 2. tit. 1. n. 57. Quanquam & hoc ipsum, (ut qui-
 dam volunt,) non adeo contrarieatur bonis moribus, ut in
 præcepta juris peccent generalia, qui hanc potestatem ali-
 quatenus restrinant, sic enim nec Princeps per summam,
 qua pollet, eminentiam & potestatem Legislatoriam his
 contravenire licite posset, cum tamen liberum hoc & à na-
 tura quasi ipsa concessum testandi, testamentique mutandi
 arbitrio à LL. maximopere restrictum fuisse, ex tt. ff. quib.
 non est permis. fac. test. & authent. Ingress. C. d. S. S. Eccles.
 aliusque juris textibus parallelis satis appareat. Imo de ho-
 diernis moribus, & variis Provinciarum exemplis, loco-
 rumque statutis liberam hanc testandi facultatem vel in to-
 tum, vel pro parte restrigentibus, vid. Jacob. Riskius. d. U-
 pion. Prol. c. 3. §. 18. & 49.

CAPVT

* (15) *

CAPVT III.

D E SVBIECTO ET OBIECTO.

§. I.

SVbiectum est vel Activum, vel Passivum. Subjectum Activum constituumus I. Liberos, tam masculos, quam foeminas, sive majorennes, sive minorennes, modo sint puberes, & voluntate & potestate consentiendi non destituti; Hæc enim, ut negotium civiliter gestum quoad effectus juris integritate sua constet, simul concurrent necessarium est. arg. l. 6. C. si quis alter. velsib. l. 26. C. d. jur. dot. c. 23. X. d. offic. & potest. deleg. jud. Mantic. d. tacit. & ambiguit. convent. L. 8. tit. 9. n. 6. Pufendorf. Element. Jurispr. Univers. L. 1. def. 1. cum sine potestate voluntas, & sine voluntate inanis potestas sit. l. 4. ff. d. acquir. vel omitt. hered. l. 10. pr. ff. d. condit. & demonstr. Quare Infans propter defectum intellectus nihil velle, & propter defectum voluntatis, quatenus principium morale actionis civilis est, nihil agere dicinur. l. 1. §. 13. ff. d. O. & A. §. 10. Inst. d. Inutil. stipul. ab hac autem Liberorum appellatione, (ut omnem errorum atque confusionum occasionem & ansam præcipia. mus,) omnes illas exclusas esse volumus Liberorum specie. es, quibus nullum regulariter jus succedendi competit; illos enim de acquirenda potius quam conservanda hereditate pacta atque conventiones jure civili reprobatas inivisa. se, verius est. II. Agnatos quoque & Cognatos reliquos, ad quos alioquin hereditas per ventura fuisset, arg. §. 8. In. stit. quib. mod. jus pat. pot. solv. §. fin. Inst. d. Legit. agnat. suc. cess. l. 18. ff. d. Adopt. l. 11. C. d. Legit. hered. l. fin. C. d. eman-

6

tip. über. § 1. 4. C. d. Legit. tut. cont. Hahn. tr. d. jur. in re.
 concl. 77. n. 1. Ubi non inepta quærimus : Utrum filius ju-
 ste exheredatus , cum fratre , vivo adhuc parente , de amissione
 exheredationem Patris successione recuperanda , licet pacifica-
 tur , nec ne ? Ad cuius quæstionis solutionem , Responde-
 mus Distinguendo ; an sciente , an vero ignorantie Patre
 inter filios seu fratres , de succedendo inita fuerit conven-
 tio , quoad prius , etiam quo ad effectus Juris Civilis substi-
 stere pactum , affirmare non dubitamus , cum per silentium
 suum tacite quasi consensisse , pactum à filiis initum appro-
 basse , & injuriam seu delictum perpetratum remisisse pa-
 rents credendus sit , præprimis ubi feria filii de perpetrato
 delicto accesserit poenitentia l. 4. §. 6. C. d. Hæret. & Manich.
 l. 23. §. 1. C. d. Nupt. Bachov. ad Treutl. Vol. 1. Disp. 13. th. 9.
 Lit. D. in fin. D. Joh. Andr. Gerhardus d. just. mort. sentent.
 §. 21. n. 20. Secus vero , si inscio & ignorantie proflus paren-
 te , & sic de hereditate tertii , pacti inter se fuerint fratres ,
 nam & liberos quoque lege hac prohibitiva teneri , conclu-
 dunt omnes , per l. 1. §. 21. ff. d. collat. bon. & l. fin. C. d. pact.
 & ibi Cagnol. n. 109. Bolognet. n. 69. & 71. novissime vero
 Dauthius d. testam. n. 16. & 17. H. Pistor. L. 4. quest. 1. n. 10.
 nam & si ob arctissimum quod inter Parentes & Liberos de-
 prehenditur vinculum , de morte captanda cessare videatur
 periculum , altera tamen nihilominus , principalis illa , se-
 cundum quam turpe & improbum existimatur , de morte
 alterius quem adeo esse sollicitum , adhuc militat ratio ;
 idque eo magis , quo magis propter sanguinis conjunctio-
 nem , ipsa naturali pietatis ratione hoc exigente , præmatu-
 railla de bonis sollicitudo , exulare debebat penitus .
 §. 2. Subjectum Passivum propriæ constituunt illi ,
 de quorum successione agitatq[ue]stio , sive sit pater , ma-
 ter ,

ter, frater, aut reliquorum agnatorum vel cognatorum quisquam alias. vid. Hahn. d. tr. de jur. in re. concl. 77. n. 1. Quæritur autem, an filius justè exhereditatus, aut filia per statutum legitimate exclusa, cum patre in furore aut dementia constituto licite pacificantur? Et nobis Negativam defendere placet: (1.) Quod furiosus ob intellectus & voluntatis defectum nullum possit contrahere negotium, per l. 5. & 189. ff. de R. J. l. i. §. 12. ff. de O. & A. l. 70. §. 2. ff. de fidejussor. l. 2. C. d. contrab. empt. cum linguam ream non nisi mens rea faciat. arg. c. 3. caus. 22. quæst. 2. vid. ILLSTR. & MAGNIFIC. DN. PRÆSES in S. J. C. Ex. 6. tb. 37. D. Fromm. de jur. furios. singular. Paul. Zach. quæst. Medic. Legal. L. 2. tit. 1. quæst. 16. (2.) quod dolo parere videatur convaliditatem actus, qui tamen in se nullus est, nec filium deceat id exigere a patre, quod, si hie sanæ esset mentis, revocare censeretur. (3.) quod parens in eodem odio durasse, nec animum exhereditationis mutasse præsumatur, resque in eum statum pervenerit, a quo incipere non potest. Perez. ad tit. c. de Liber. præterit. n. 20. Welenbec. consl. 29. n. 33.

§. 3. Objectum, seu circa quod versatur Pactum nostrum conservativum, statuunt Dd. communiter, jus ab intestato succedendi competens, quatenus est amissum. Admittitur autem ex triplici potissimum causa. I. Delicto. II. Statuto, & III. Rigore aliquo juris civilis.

§. 4. Primam itaque exclusionis quod attinet causam; Excluditur quis à successione vel ob delictum proprium vel alienum. Ob delictum alienum, Patris scilicet, quando quis ab hereditate excluditur, pacto huic locum non esse, extra omne dubium est, cum paterna voluntati libera de rebus suis disponendi facultas integra & irrestricta amplius non sit, sed agnatis & cognatis ipso jure deferatur

C

here.

hereditas l. 18. & Aubent. idem est de Nestorianis. C. de Ha-
ret. l. 6. C. de incest. Nupt. l. 1. & 2. C. d. natural. liber : ex-
cepto criminis lasciae Majestatis, ubi Fiscus successionis jus si-
bi vindicat, vid. Alberic. à Rosate tr. de statut. part. 1. quest.
151. n. 5. Ob delictum vero proprium, quando quis à suc-
cessione removetur. Delictum vel capitale, vel non capi-
tale est. Illo, filius ad mortem tam civilem quam natura-
lem condemnatus, omne plane jus succedendi perdit. l. 1.
C. d. hered. insit. & l. 1. §. 8. ff. de bon. poss. ff. cont. tab. ideo
que de recuperando illo inutiliter cum ipso patre pacisci-
tur, nisi à Summo Principe delicti perpetrati impetraverit
veniam. Hoc vero modo, & quando delictum capitale
non est, iterum limitate procedendum esse puto, nempe,
ut locum duntaxat habeat pactum in iis delictis ob quæ quis
successione non aliter, quam volente eo, cui succedendum
esset, privaretur, secus vero, quando quis simpliciter ac in
totum propter commissum delictum à successione excludi-
tur, adeoque jure ipso incapax redderetur, nam & his pa-
ctis successione reservari, vel potius restituvi non posse,
post Imol. & Gemin. docet Natt. in d. cap. quamvis de pact. in 6to. n. 106. in fin. & Cagnol. add. l. fin. C. de pact. n. 157. H.
Pistor. L. 4. quest. 4. n. 3.

§. 5. Delicta vero, ob quæ quis volente eo, cui suc-
cedendum esset, à successione excluditur, non solum XIV.
illas ex hæredationum causas à Sacratissimo Imperatore no-
stro in vulgata illa Nov. 115. c. 3. expressas, sed & his similes
& ejusmodi graviores & majores alias, (quicquid etiam Si-
chard. ad Authent. non licet. C. d. Liber. præterit. n. 8. Ludov.
Molina. de Jus. & jur. tom. 1. Disib. 176. n. 50. Perez. ad tit. C.
de Liber. præterit. n. 18. Arum. Ex. 10. th. 3. & Stephan. ad Nov.
15. n. 20. aliquæ Dd. plurimi contradicant,) cum Bachov.
vol.

Vol. 2. ad Treutl. Disp. 13. tb. 8. Lit. C. & Franzk. in comment.
ad ff. d. in offic. test. n. 78. recte constituimus, sequentibus
potissimum inducti rationibus : (1.) quod hæc Justiniani
Imperatoris mens esse non potuerit, eas velle excludere
causas, quas tamen excludi natura Legum prohibet. arg. l.
2. §. 18. ff. d. vet. jur. encl. & l. 12. ff. d. LL. (2.) quod si-
miles & majores causæ, tanquam species sub generibus, vel
tanquam sub regulis finitis & generalibus exempla & casus
in vita humana singulariter occurrentes, contineri videan-
tur. vid. Magnif. Franzk. b. m. in comment. adff. d. l. (3.)
firmissimum asserti nostri argumentum dicitur ex 2. F. 24.
ubi subtiliter dispicere jubemur, an similis aliqua vel major
causa incidat, ut etiam propter eam non expressam Vasallus
feudo privari possit. Ratio autem consequentia à Vasallo
ad liberos deducta in eo fundatur, quod Vasallus & liberi
quo ad omissionem feudorum & bonorum, paternorum, à
Dd. æquiparentur.

§. 6. Sed ut & in his delictis firmiter pacisci liceat,
distinguendum denuo erit, inter Delicta præterita, seu ea,
quæ vel committendo vel omittendo in effectum sunt de-
ducta (quibus & intentata accensimus per l. i. in fin. ff. ad
Leg. Pompej. de parricid.) & inter delicta futura, seu adhuc
committenda. In his, si v. g. filius à patre stipuletur, ne
ob committendam ingratitudinem exheres fieret, quia tur-
pem continet causam, & ad maleficium invitat. l. 15. ff. d.
condit. Inst. l. 27. §. 4. ff. d. pact. l. 6. C. eod. l. 5. pr. & §. 1. ff.
d. pact. dot. pactum non valere, unanimis Dd. sententia est,
vid. Hahn. d. tr. de jur. in re concil. 77. n. 3. H. Pistor. L. 4. quest.
4. n. 4. Ritter. de Confratern. tb. 7. In illis vero, cum in liber-
tima patris potestate sit, num delicti perpetrati gratiam fa-
cere, & injuriam à filio sibi illatam remitttere velit, nec ne,

pactum omnino valebit. Hahn. d. l. Goedd. de contrab. fin. pul. c. 6. n. 88. Natt. ad d. cap. quamvis. n. 103. Dauth. de testam. n. 105. in fin. & plures alii.

§. 7. II. Statuto quoque successionem auferri, supra diximus. Non obstante l. 14. C. d. Legit. hered. quam omnem, inter mares & foeminas differentiam, quo ad jus successionis à Sacratissimo Imperatore nostro sublatam fuisse legimus. Particulari enim aliquo privilegio, statuto aut consuetudine rationabili ipsi quoque Juri Communi derogari posse, per expressum cap. 13. x. d. judic. & cap. unic. d. feud. cognit. probatur. conf. Wesenbec. consil. 74. n. 25. Gail. 2. obs. 149. n. 10. Rosenthal. d. Feud. c. 1. concl. 13. Imo statutis foeminas à successione, præprimis vero feudalibus, excludi posse, per omnem fere Germaniam quotidiana experientia testis est: Doce saltim congrua ipsis relicta. An vero secundum mores regionis, liberorum numerum, paternorum bonorum quantitatem, nubentium statum & conditio- nem, vel locorum qualitatem, prædicta dos constituenda & aestimanda sit, prolixius disquirere, nec temporis nec circumstuti patitur ratio. Cui volupe est, adeat Paris. vol. 2. consil. 63. n. 52. Sichard. p. 2. consil. matrim. 9. n. 10. & conf. 10. n. 14. Chaffan. in Confvetud. Burgund. rubr. 7. §. 12. n. 22. Menoch. arbitr. jud. quæs. cas. 149. n. 31. H. Pistor. L. 2. quest. 37. n. 10. Reinking. ad l. fin. C. d. pact. n. 157. Tusch. pract. consclus. Lit. D. concl. 733. & concl. 781. n. 175. Mascar. de probat. concl. 750. n. 10. Peregrin. d. fideicommiss. art. 42. n. 78. Knipschild. de fideicommiss. Famil. c. 6. n. 196. & plures alii.

§. 8. Quo autem statutum pacto inter parentem & filium inito, tolli, & ejus successionis ad pristinum statum, seu jus commune reduci possit; distinguendum erit, utrum filia simpliciter fuerit statuto exclusa, ita, ut nec ex testamento

stamento amplius quid capere, neque etiam ab intestato succedere possit; An limitate ut integrum nihilominus relictum sit, ut testamento institui queat. Priori casu, cum successio juris communis penitus sit sublata, & filia, tam legitima quam testamentaria successione, in singularem masculorum favorem, omnimodo exclusa, neque pacto statutum tolli posse, ex hac tenus dictis apparet: Posteriorem vero quod attinet casum, neque de eo una omnium Dd. est opinio, sed in diversas abeunt sententias; & tunc demum huic pacto locum relinquendum esse opinantur, quando filia eo ipso tempore, quo dos fuerit constituta, pacto sibi successionem reservaverit, secus si ex intervallo, hac ratione commoti, quod dotis constitutione jus filii seu masculi quæsum, exclusæ pactis supervenientibus, immutari sine gravius foliorum præjudicio amplius non possit. Natt. ad d. c. quamvis n. 190. Campeg. d. Dot. part. 5. quest. 52. & plures alii. Nobis vero jejuna hæc restrictio merito displicet; siquidem sola dotis constitutio, filiam extantibus masculis saltim per statutum exclusam, simpliciter & quo ad jus commune à successione removere non potest, sed exclusio totalis ad mortis demum tempus referenda erit, cum continere facile possit, ut pater nullis extantibus masculis decedat, quare & post dotem constitutam, filiam jus succedendi adhuc sibi competens pacto conservare posse, non dubitamus, vid. Paul. de Castro. ad d. l. fin. C. d. pac. n. 7. Alb. Brun. de statut. exclud. fiem. exstant. mas. art. 6. n. 254. Campeg. de Dot. p. 5. quest. 52. non attento præjudicio, quod Dd. filii per ejusmodi pacta conservativa inferri asserunt, quemadmodum enim pater testando prædicare poterat filii, ita etiam paciscendo posse certissimum est, maxime, cum ab ultimis voluntatibus ad contractus, Legum aucto-

ritate, argumentum ducere liceat, per l. 44. §. 5. & l. 46. ff.
de Legat. i. nec foemina tunc ex pacto vel reservatione, sed
jure communi succedit, cum pacto nil nisi obstatum sta-
tuti tollatur, nec etiam revera præjudicium filiis exinde sur-
git, quibus jus saltim spē, non vero infallibile quæsitum est,
cum patri non solum testando, sed & donando, aliisque
alienandi modis, filios præter legitimam bonis suis privare
liceat ; Simile videmus in filiis naturalibus, quos Parens,
invitis etiam & non consentientibus iis, qui ab intestato
vocantur, legitimari facere, vel ut legitementur, testamen-
to disponere potest, per cap. 13. x. qui fil. sint legit. vid. Albert.
Brun. d. Statut. exclud. fœm. exstant. mascul. art. 6. n. 254. &
hæc in Praxi quoque ita observari, testatur ILLVSTRIS & MA-
GNIFIC. DN. PRÆSES in S. J. C. Ex. 3. tb. 53. Gail. 2. Obs. 142.
n. 7. Dec. conf. 264. n. 3. P. Gudelin. de jur. Noviss. L. 1. c. 15.
Dn. Richter. de Success. ab intest. sect. i. memb. 2. n. 6. licet Ju-
re Civili contrarium obtineat. Nov. 89. c. 9. & Authent. Pra-
terea C. de Natural. Liber. DN. PRÆSES S. J. C. Ex. 3. tb. 50.
& 53. Dn. Strauch. Dissert. 4. tb. 12.

§. 9. Huic autem asserto nostro renituntur Dd. non
nulli, sibi persuadentes, fieri hoc minime posse, certos e-
nim legibus definitos esse modos, per quos conlanguineis,
quibus jura successionem deferunt, præjudicari possit,
nempe, ut testamentum vel aliam ultimam voluntatem
cuiquam condere liceat, alias autem modos spurious & præ-
judiciales, Leges ignorare penitus. Sed Rsp. anbabus
nos largiri manibus, successionem in præjudicium eorum,
quibus Lex vel Statutum absolute illam desert, dari nemini
ni posse ; Interim vero nil obstat, quo minus jus successio-
nis ex jure communi competens, absque ulla novi juris suc-
cedendi concessione conservetur, cum negari non possit,
ubivis

ubivis permitti facilius ut pristina jura conserventur, quam
ut novum quis consequatur. Pacta insuper, quibus res ad
juris communis solet reduci terminos, maxime esse favora-
bilia, H. Pistoris *L. 4. quaest. 4. n. 16.* erudite docet, ubi &
reliquis Dd. objectionibus ex ase satisfecit.

S. 10. III. Rigorem Juris Civilis, (quem ultimam
exclusionis causam constitutimus,) quod attinet, auctori-
tatem Celeberrimorum Jutorum secuti, exemplum in §.
6. *Inst. quib. mod. jus P. P. solv. & §. fin. Inst. de Legit. agnat.*
success. contineri, agnoscimus, negari liquidem non pote-
rit, per dd. §. §. & l. 18. ff. d. adopt. ut. l. fin. C. d. emancip. li-
ber. patrem emancipatorem, jure veteri, eo ipso quo e-
mancipaverat filium, jure succedendi cecidisse, quod alias
incorruptum servasset, si filius in pristino statu permanis-
set, nihilominus tamen prædictum successionis jus regula-
riter amissum, contracta fiducia, seu ut Beatus Hahn. d. jur.
in re. concl. 77. n. 5. explicat, stipulatio interposita, con-
servare potuisse, ex iisdem §§. videre est. Deferendus pro-
inde nobis hac in parte effet H. Pistoris, qui, nescio quibus
cogitationum blanditiis seductus, in explicatione horum
textuum à communi fere Doctorum schola nulla urgente
necessitate secessum facere non erubescit, quem tamen ob
insignem, quam in excutiendis materiae hujus difficultati-
bus præstitit diligentiam, amica potius compositione nobis
ut conciliemus, omnibus annitar viribus. Maximam au-
tem dissentendi à nobis anfam suppeditasse videtur illud,
dum in dd. §§. præter nudas solennitates in emancipationi-
bus olim usitatas, (quas ex Ulpiani fragmentis tit. 10. & Caij
L. 1. Inst. tit. 6. nobis non invitis adquirit) nil commemorari
ac contineri putat, contractamque fiduciā non hunc sor-
tiri effectum sibi imaginatur, ut filio pater succedere pos-

sit,

sit, sed ut filius tantum patri naturali ex lege ista venditioni adjecta retrovendatur, atque is inde manumittendi ejus facultatem nanciscatur, quare concludit, patrem solo pacto successionem sibi conservare non potuisse, cum tanta, & tot ambagibus circumscripta adhibenda fuerit solennitas. Nec mirum, ex falso enim hypothesi non possunt non false quoque conclusiones sequi; qua ut eximantur, Respondemus: solennitates illas non ad conservandam successionem requiri, sed ut emancipatio perfecta sit, & ex omni parte integritate sua constet, Sacratissimum Imperatorem adhiberi easdem voluisse, neque per contractam fiduciam, pactum retrovenditionis, cum H. Pistoris, sed potius juxta communem fere Interpretum mentem, stipulationem partis arrogatori de successione filii factam, intelligendam esse.

§. II. Subtilius in *dd. §§. Vasquiūs* inquirere videatur, qui per contractam fiduciam, pactum conservativum intelligendum quidem esse admittit, ast eo non hereditatem conservari, sed saltim jus agnationis, quod per emancipationem evanescere soleat, retineri putat, quo præsupposito, concludit, conventionem illam pro pacto conservandæ hereditatis haberi non posse, cum hereditatis delatio agnationis effectus sit. Sed & his subtilitatibus facillimo satisfieri poterit negotio, cum vel ex hac tenus dictis sat superque pateat, nos principaliter non de successione, sed de obstaculo successionem impediente removendo, fuisse sollicitos, ipsa succedendi facultate in mera juris communis dispositione reducta. Propius veritati Bolognetus accedere videtur, qui in *Exegesi b. §. fin. n. 93.* conservandæ hereditatis pactum in *dd. §§.* expresse contineri, rectissime docet, postmodum autem, ad specialitatem quandam efficiam confudit, & casum in *dd. §§.* contentum, præter partem,

trem, reliquorum agnitorum vel cognatorum ulli applicari posse negat, & sic quod una manu largitur, altera de-
nuo auferit, non satis procul dubio conscient, cui nam parti
inter tantas Dd. altercationes subscribere oporteat. Verum
enim vero, posito & hoc minime tamen concessso, juxta
Bologneti mentem specialitatis quid in dicto casu subesse; si
tamen specialitatis rationem illam constitues, quod scili-
cet pacto saltim impedimentum & obstaculum successio-
nis removeatur, nil quoque obstat, quo minus ex eadem
ratione, dispositionem illam ad alios quoque casus accom-
modare liceat. Cum itaque & haec quoque nobis non ar-
rideat explicatio, satius fore duximus, recto potius tramiti
in sistere, quam à via regia deflectendo, alios imitari.

CAPVT IV.

DE

FORMA ET EFFECTIBVS.

§. I.

Jam ut de Forma paucis etiam dispiciamus, ordinis po-
stulario, quam hic in genere, præscindendo à jure sta-
tutario in hoc vel illo loco desuper lato & ad ungum ob-
servando, exhibemus. vid. Joh. Frider. Schmid. Vol. 2.
consil. Argent. consil. 23. n. 7. it. consil. 54. Illa autem est vel
Essentialis, vel Accidentalis; Alia denique ratione pacti
constituendi, alia ratione pacti constituti.

§. 2. Quoad Formam Essentialiem requiritur mu-
tuus atque expressus utriusque Pacientium consensus vid.
Bachov. in prim. part. Pandect. d. patz. n. 1. circa fin. illum
autem per verba potissimum declarare, supra dictum;
quapropter illud saltim adhuc querimus, an verborum solen-
nitatis

D

nitas in hoc pacto intervenire, & considerari debeat? & negat illud laudatus Bachov. d. l. n. 2. cui adstipulatur Cujacius in l. 7. §. 12. ff. d. pact. consistit enim in nuda ac simplici de obstatulo hereditatem jure communi debitam impediente removendo, facta conventione. Sed cum verbis saepissime obscuris & ambiguis loqui soleat fallaxatque dolosa mortallium progenies, haec autem pro non adjectis in jure habentur, necessaria omnino erit, recta interpretationis mensura, qua collectio mentis dicitur Grotio d. J. B. & P. Lib. 2. cap. 10. §. 1. An vero scriptura sit de essentia hujus pacti, non inique queritur? & Resp. Neg. cum in omnibus conventionibus, excepto contractu chirographario, t. t. Inst. d. Liter. Oblig. & contractu Emphyteutico Ecclesiastico Nov. 7. pr. & §. ult. eodemque civili, non tamen simpliciter pactionato, l. 1. 2. & 3. C. d. jur. emphyteut. l. 17. C. d. pact. scriptura probationis magis ac solennitatis, quam necessitatis, gratia interveniat, vid. Pacius ad l. 17. C. d. Pact.

§. 3. Magis controversa quæstio illa est, an scilicet Magistratus intervenire debeat auctoritas, & confirmatio judicialis necessaria sit, nec ne? Hanc in utramque partem maxime spinosam materiam disputari posse, non diffitemur, Nobis tamen Affirmativam, ut aquoorem, ita quoque veteriorem defendere placet, (1.) Ne sub obtenu & prætextu hujus pacti, alter in alterius facultates irruendi ansam arripiat, arg. l. 2. C. de adapt. (2.) ne parentibus, licet recte prospicisse censeantur liberis, l. 13. §. 1. ff. d. administr. tut. optimumque consilium pro illis capere, l. penult. in fin. pr. ff. d. bon. libert. & plus filium quam se ipsum diligere presumatur pater, §. ult. Inst. de Noxal. act. Menoch. de presumpt. Lib. 4. presumpt. 56. vel propria iniustitate atque malitia, vel aliorum instigatione incitatis, pro lubitu ad contrarios affectus profilire

profiliere licet, l. 50. ff. ad SCt. Trebell. l. 3. § 4. ff. d. inoffit.
testam. l. 5. C. d. Dol. mal. & quitas itaque postulare omnino
videtur, judices hac in parte cum parentibus concurrere,
arg. l. 19. ff. d. Rit. Nupt. & eorum vices agere, geminatum
que fidei ac pietatis praestare officium, l. 3. §. 4. ff. d. Liber.
homin. exhib. l. 18. in fin. C. d. jur. deliber. l. 1. C. d. Nupt. Ma-
gistratus vero competens autoritatem suam atque assen-
sum non nisi imploratus accommodet, non enim ex motu
proprio, (quod ex officio nobili fieri dicitur, vid. Olden-
dorp. d. offic. jud.) procedit judex, sed imploratione præce-
dente, seu ex officio mercenario, hodiernis præprimis mo-
ribus, ejusmodi actibus adsistit, vid. MAGNIFIC. Dn. SCHIL-
TER, Patronus omni obsequii ac reverentia cultu pro-
sequendus, Exercit. adff. VI. §. 4. & 5. & Everhard. loc. iop. 49.
qui ex l. fin. C. de fideicommiss. Libertat. fatuum vecat judi-
cem, qui super non petitis pronuntier. Consensum vero
Agnitorum & Cognatorum reliquorum de necessitate non
esse, suprajam ostendimus.

§. 4. Forma vero Accidentalis adminiculis constat,
qua Pactum hoc recipit, ad actionem jure Civili producen-
dam. Illa autem in effectibus potissimum conspicuntur.

§. 5. Hactenus Pactum nostrum, ut constituerit dum
vidimus, restat, ut & constitutum adhuc consideremus.
Ubi proxima de Effectibus tractatio, qua bimembrem se si-
stit. Effectus enim vel est primus, vel è primo ortus. Pri-
mus est, ut impedimento successionem remorante sublato,
secundum jus commune succedere licet. Quæritur autem,
an ex hereditate etiam in testamento scripta, nulla sit, si injuria
per hoc pactum expressè fuerit remissa? Et Respondetur Af-
firm. etiam si ab herede fuerit probata, cum injuria remissa
pro non commissa habeatur, & efficaciter vindicari nequeat.

§. fin. Inß. d. injur. l. n. §. 1. ff. cod. cessante enim causa exhereditationis inductiva, ipsam quoque exhereditationem cessa-re necesse est. Bartol. in l. 4. ff. d. adimend. legat. Imo paria esse, non adesse causas exhereditationis, vel per reconciliatiōnem esse extintas. Simon de Pratis. Lib. 3. de interpret. ultimar. voluntat. interpret. 1. Dub. 6. solut. 4. n. 15. in fin. tradi-tit. conf. Arumæ. Exercit. 10. ad Inß. th. 5. vid. l. 5. C. Famil. ercisc. graviter huic asserto obstare videtur l. 23. ff. d. Liber. & posthum. ubi filio emancipato, licet cum patre tacite per ar-rogationem reconciliato, exhereditatio nihilominus nocere dicitur, cui tamen ex aſte satisfecisse videtur Ludovicus Mo-lina Tom. 1. d. I. & I. Disp. 176. n. 56. cuius sententiam & nos defendere conabimur, nocet enim filio illa exhereditatio ad id, ut testamentum possit dicere ipso jure nullum, non ve-ro ad id, ut dicat inofficiosum, quare si heres exhereditatio-nem testamento scriptam ipsi objecerit, exceptione remis-sionis se tueri, & testamenti illius tanquam inofficiosi rescis-sionem petere omnino licebit, & liberos emancipatos facta reconciliatiōne jure sanguinis absque ulla etiam aditione hereditatem transmittere, testatur MAGNIF. DN. P. MÜLLE-RVS, Patronus atque Hoffes multis nominibus colendus in Dis-sertat. ad R. I. part. 1. Disp. 3. reg. 8. not. 3. p. 53. ita etiam DNN. JCti Jenenses, teste DN. Richter. Dec. 67. n. 15. Anno 1620. pronuntiarunt; quamvis Jure Civili hereditas non adita non transmittatur, sed necesse sit defunctum saltim ex sua parte hereditatem adiisse. vid. Mynting. ad §. ult. Inß. de SCt. Orphit.

§. 6. Effectus è primo ortus, multivarius est, impe-dimento enim per pactum sublato, & jure successionis ad juris communis terminos reducto, eadem, qua antea, hic quoque rursus obtinebunt, & pacificens ab hereditate re-pulsus,

pulsus, exceptione pacti se tueri poterit, atque pro conseruanda ea, non minus ac ceteri, omnia ordinaria habebit juris remedia, vid. Hahn. d. jur. in re concl. 77. n. 12. Illa autem, varia cum sint, pro diversitate eorundem diversos quoque oriri effectus, necessum est. Alia enim est hereditatis petitio, aliud familiae erciscundæ judicium, alia denique communis dividendo actio; quas tamen omnes, etiam nostro heredi, vi pacti, pro diversitate juris prætensis, competere, indubitate juris est; & non nisi illis, qui se hospites Legum fatentur, ignotum esse poterit: ex apertissima siquidem generalitate textuum l. 1. 2. & 3. ff. d. heredit. petit. & l. 10. C. eod. distincte patet, dari hereditatis petitio nem omnibus, quibus jus hereditarium vel ex testamento, vel ab intestato competit, immiscendo se hereditati, vel adeundo eam, quæsumus, vid. Wesenbec. in ff. ad d. s. n. 8. &
9. ILLVSTR. & MAGNIF. DN. PRÆSES. S. J. C. Ex. 10. th. 46. modo jus suum, & causas in jure fundatas, ex quibus se heredem dicit, ostendere ac satis comprobare queat. l. 9. §. 6. ff. d. interrog. in jur. fac. & Schneidev. ad d. l. n. 63. de quo tamen, si dubitatur, difficultati probationis vel remedio publicæ citationis, vel cautionis de restituendo succurretur. vid. Bachov. ad Trœutl. vol. 1. Disp. 14. th. 7. Lit. C.

§. 7. Illud non æque expeditum videtur, quid in hac quæstione decernendum sit; Si scilicet heres per partum adjuris communis terminos quoad successionem reductus, hereditatem jure communii sibi debitam, per 30. annorum spacium petere negligat, an eo ipso, jure suo excidat, ita ut prescriptio locum habere possit, nec ne? Nobis distinctione una vel altera adhibita res expedienda videtur. Aut enim heredes reliqui per 30. annos hereditatem tanquam communem possidere, & prescriptionem locum habere non posse, ex l. 14.

§. 2. ff. commun. divida. l. fin. C. eod. & l. 70. ff. pro Soc. apparet. conf. Scoran. Disp. 28. tb. 19. Hammel. d. act. cap. 50. n. 26. & 27. Bachov. Disp. 14. tb. 8. tit. A. ILLVSTRIS & MAGNIFIC. DN. PRÆSES S. J. C. Ex. 15. tb. 14. Aut unus ex coheredibus tantum res hereditarias communes possedit, non vero tanquam communes, & tunc post 30. annorum cursus actionem moveri amplius non posse, sed præscriptionem locum habere, verius est, l. i. §. 1. C. d. annal. except. & l. 7. C. d. hered. petit. vid. Vinnius 1. select. quest. 34. Maguis. Dn. Lyncker. in Collegio ad ff. quondam privatum habito ad tit. famil. ericfund. Bald. Ansel. Janson. ad d. l. 1. §. 1. C. d. annal. except. & plures alii. Secundo distingvendum erit inter heredes, Liberos, Agnatos & Cognatos, Heredes suos seu liberos non nisi post 90. annos effluxos ab hereditate, vi præscriptionis, repelli posse, communis Dd. sententia est, cum admittantur ex tribus capitibus, unde Liberi, unde Agnati, & unde Cognati, quorum ex secundo non potest agi, durante primo, ad 30. annos, ideoque nec contra illud currere incipit præscriptio ante 30. annos effluxos. Sed nec ex tertio potest agi, durante secundo, rursus ad triginta annos. l. 39. l. 69. ff. d. acquir. hered. l. 37. ff. d. hered. Inf. l. 2. §. 4. ff. d. bon. poss. contr. tab. & hanc sententiam communiter in judiciis receptam esse, testantur Hilliger. in Donell. encl. L. 7. c. 3. Barry. de success. Lib. 11. tit. 2. n. 4. Ant. Gabriel. d. prescript. concl. 9. n. 3. Quanquam Ant. Faber. de error. pragmat. Decad. 3. error. 8. Joh. Sichard. in C. l. 8. d. jur. deliber. in fin. ita calculum ponant, ut adhuc 30. annos adjicant, adeoque ad 120. annos hanc Liberorum præscriptionem extendant; quam sententiam etiam in Fero Sak. receptam esse testatur B. Carpzov. p. 3. c. 14. d. 30. n. 9. & seq. & ita pronuntiarunt Scabini Lipsienses M. April. Anno 1621.

* (31) *

in causa Job. Georgii à Brobschütz. vid. Philippi. in Uf.
Pract. ad Lib. 3. Inſt. eclog. 34. n. 7. p. 607. Tertio denique
distingvendum erit, inter heredes suos & extraneos. De
suis non amplius puto subesse dubium, quin admittantur
ad 90. usque annos, ex prædicta ratione, quod ex triplici
capite succedant pro qualibet 30. annis computatis, & sic
probamus Wefenb. d. confil. 329. part. 7. In extraneis vero,
(quippe qui ex uno tantum succedunt capite) nil video,
quid obſtet, ne jus commune ſervetur, propter l. 7. C. d.
hered. petit. ibique Brunem. & l. 4. C. in quib. cauf. ceſſ. long.
temp. præscript. & add. l. Perez. n. 17. & licetnam JClos Lip-
ſiennes M. August. Anno 1661. pronunziasse, teſtatur Philippi.
in Uf. Pract. ad d. L. 3. Inſt. eclog. 34. n. 8.

CAPVT V.

D E

AFFINIBVS ET CONTRARIIS.

§ I.

PROXIME huic Pacto nostro I. accedit illud, quando fidei-
commissarius cum aliquo tertio, præter heredem fidei-
commisſo gravatum pacificatur, ut vivente adhuc herede,
res fideicommissario relicta ipſi restituatur; id enim fideicom-
missarium poſſe, intrepidi aſſerimus, cum ex testamento
defuncti certiſſimam ſpem ſeu jus quaſitum habeat, in tan-
tum, ut etiam heredem gravatum, ad cautionem adigere
poſſit. l. 4. C. ut in poſſeff. legat. & non tam heredi gravato,
quam ipſi defuncto gravatuſ ſuccedere intelligatur l. 41. §. 2.
ff. d. Vulg. & pupill. ſubſtit. vid. Cutman. in comment. ad tit. ff.
d. Donat. quem magno numero ſequuntur Dd. ad l. 1. C. d.
pact. conf. Alexander. Vol. 5. confil. penult. n. 22. Nec eſt,
quod



quod in admirationem trahatur de his quisquam, cum spem probabilem ex testamento defuncti jam nactus fuerit fideicommissarius, atque inde omnis illa turpitudo cesseret, quam præmatura spes de bonis defuncti, in quibus nullum jus quis habet, suscepta, secum afferre soleat. vid. H. Pistoris L. 4. quest. 1. n. 24. cui tamen asserto contradicit Bolognetus adl. fin. C. d. pæt. n. 36. quem & Dauthius sequitur ad d. 1. fin. n. 26. 102. & 124. arguento à pupillariter substituto deducto, sed quam infelici conamine nemo non videt, siquidem pupillariter substitutus potius cum pupillo in propria ejus hereditate, quam testatoris substituentis, succedere præsumatur, per l. 2. §. 2. ff. d. heredit. vel act. vendit. secus ac fideicommissarius, qui, juxta allegatum superius Ale- xandri consilium, etiam cautionem ab herede exigere potest.

§. 2. Tale etiam II. videtur pactum conservanda hereditatis esse illud. Si in pactis dotalibus uxori & maritus convenierint, ut in casum non existentium liberorum successio alterius vel utriusque conjugum ad proximos ab intestato heredes devolvatur, idque nullo jure prohibitum esse. Jacob. Rickius de un. prol. c. 10. fl. 38. testatur cui consentit Zasius, dicens: Quanquam in pactis dotalibus ordinatio super successionibus fieri non possit, (hoc enim in solidis testamentis receptum est, l. 5. C. d. pæt. convent. l. 3. C. d. collat. l. 15. C. d. pæt. l. 4. C. inutil. stipul. l. 34. C. d. transact.) tamen in casu conservanda seu reservanda successionis valebit, & optimo jure talia fieri poterunt. Et hæc pacta frequentissima, & jam olim usitata fuisse, ex Chrysostomo probat Rittershus. p. 3. exposit. Novell. c. 18. n. 3. & hodie non solum in Electoratu S. A. per Ord. 43. part. 2. Marchia Brandenburgica, vid. consuetud. Brandenburgic. p. 3. sit. 2. §.

2. §. 5. & 10. Sed & totius Germaniae consuetudine recepta
& approbata esse, Scriptores Cameralestestantur. Gail. 2.
Obs. 117. n. 6. Mynsing. 2. Obs. 33. n. 10. Berlich. p. 2. concl. 51. n.
5. Kohl. d. pact. dotal. p. 2. n. 71. de Belgio. Christin. Vol. I.
Dec. 227. n. 17. & 18. & vol. 3. Dec. 135. n. 4. imo, de communi
fere Gentium jure, Faber ad C. Lib. 5. tit. 9. def. 6. Mev. ad
jus Lubec. p. 2. tit. 1. n. 105. Hahn. de jur. rer. concl. 72. n. 4. &
concl. 86. Tabor. in paratit. adtit. ff. d. pact. dotal.

§. 3. Nec incongrue III. his de conservanda heredi-
tate pactis accedit uno seu paratio prolium, Germ. die Ein-
kindschafft. Qua Parentes ad secunda vota transeuntes,
liberos tam ex priori quam posteriori matrimonio suscep-
tos ac suscipiendo, sibi invicem fictione juris, pro veris
ac naturalibus liberis esse, atque in bonis eorundem succe-
dere volunt æqualiter; quæ tamen conventio non princi-
paliter ac præcipue super hereditate vel successione futura,
sed jure filiationis, successionis ad instar, eoque mutuæ
quasi ac individuæ fraternitatis quo scilicet conjugalis a-
mor, & fraterna inter utriusque matrimonii sibolem di-
lectio tanto facilis coalescat & conservetur, & hæc quo-
que pacta juris rationibus non contrariari, sed moribus ho-
diernis, ac totius sere Germaniae receptissima esse, nec mi-
nus Principum statutis ac ordinationibus comprobata ac
confirmata fuisse, testantur Gail. 2. Obs. 36. n. 62. & Obs. 125.
per tot. Gylman. tom. I. symphor. part. 3. vot. 13. Jacob Ri-
ckius d. un. prol. c. 3. n. 42. Heig. ad §. 3. Inst. d. adopt. Mu-
scul. d. success. convent. class. i. membr. 3. Dauth. d. testam.
n. 115. Treuil. vol. 1. Disp. 2. tb. ii. Grevæ ad Gail. d. Obs. 125.
confid. i. n. 3. Hahn. tr. d. jur. in re concl. 73. nec refert, quo
ad unionis subsistentiam, utrum ex utroque matrimonio
liberi supersint, an saltim ex priori, an plures nec ne, nam

E

si unus

Si unus saltim ex alterutro conjugio filius superest, omnibus
alterius lateris liberis defunctis, ille solus parentibus succe-
det, vid. Valent. Forster. Vol. 1. consil. varior. J Ctor. consil. 36.

§. 4. Succedunt his IV. pacta confraternitatis, inter
Principes aliasque personas illustres in casum deficientium
masculorum inita atque concepta, ipsiusque Imperatoris
authoritate roborata, ad hoc, ut una familia quod here-
des masculos extincta, altera superest in bona & Princi-
patus defuncta succedat. Et haec licet fieri, ex variis Im-
perii nostri constitutionibus videre est, A. B. c. 15. ibi: [es-
doch die geliebte R. A. zu Wormbs. d. Anno 1405. §. auch
sollen wir. & R. A. zu Speyer / d. Anno 1529. §. und als
in Abschied. C. G. O. p. 2. l. 9. vid. Buxtorff. ad A. B. con-
clus. 98. Lit. G. Carpz. Jurispr. Forens. p. 2. consil. 35. def. 25.
& ad Leg. Reg. c. 6. sech. 7. n. 26. Limnæ. d. jur. Publ. Lib. 4.
c. 8. n. 126. Reusner. 1. consil. 3. Gail. 2. Obs. 127. pr. Zalius
2. consil. 1. n. 14. Mynsing. decad. 5. resp. 94. in fin. War-
mund. ab Erenberg. in meditat. pro fieder. L. 1. c. 2. & c. 4.
n. 10. Betsius d. pact. statut. & consuetud. famil. Illusfr. c. 5. p.
110. pacisci autem sic possunt tantum Principes, aliæque Per-
sonæ Illustres, quæ jure superioritatis gaudent. Mynsing.
Decad. II. resp. 3. n. 142. non vero familæ privatæ, in quibus
dictæ rationes cessant, Just. Gebhard. d. Sacr. Rom. Imper.
disc. 75. & cadunt in hæc pacta bona tam patrimonialia
quam feudalia, vel universæ, vel pars saltim eorum. Hinc
pactum aliud dicitur universale, quale inter Duces Sax. &
Landgrav. Hassia intercedit, uti ex literis confraternitatum,
quas Rittersh. de confratern. Princip. tb. II. refert, apparent
aliud particulare, quale olim inter Duces Sax. & Principes
Hennebergiæ fuisse, Schlonborn. 2. polit. 3. testatur. Re-
ser-

servari tamen ut plurimum solet certa bonorum summa; (patrimonialia scilicet & immobilia,) de quibus ultimo decedenti pro lubitu disponere licet, ut in dicta Ducum Sax. & Landgrav. Hass. confraternitate summam 30000. aureorum reservatam fuisse, testatur Zasius L. 2. consil. 1. pr. Eliabus quoque exclusis certam pecunia summam, dotis loco, à successore numerandam, constitui solitum esse, prælaudatus Zasius d. 1. docet.

§. 5. His tandem annecti quoque poterunt V. Pacta Ganerbiniatus, quibus Nobiles & personæ Illustres, certis Legibus & conventionibus positis, & à Superiori confirmatis mutuam facultatum, contra vim & incusione hostiles defensionem, sibi invicem repromittunt, & ut una familia extincta, ex reliqua altera superstes in demortua facultates succedat. vid. Rittersh. L. 1. part. feud 17. Cluten. syllog. rer. quotid. concl. 26. Lit. K. in fin. Pauermeister. L. 2. d. jurisdicti. c. 8. n. 68. & plures alii.

§. 6. Colophonem tandem imponat brevissima ad-
huc *Contrariorum* perlustrati. E Diametro autem huic pa-
cto nostro Pacta hereditatis renunciativa repugnare viden-
tur, quæ nihil aliud sunt, quam conventiones juratae, ex li-
berrima tamen voluntate profluentes, de non succedendo
in futurum in ipsorummet pacientium vel tertii alicujus
consentientis hereditatem, à filiabus dotatis, maxime in
gratiam masculorum & conservationem familiæ interposi-
tae. Illas autem conventiones Jure Civili esse illicitas, ex
l. fin. ff. d. suis & legit. hered. l. 3. C. d. collat. & aliis juris tex-
tibus videre est. Jure tamen Pontificio contrarium fuisse
introductum, ex cap. quamvis d. pact. in 6to. appareret, præ-
terea

terea ex consuetudine ac statutis plerorumque locorum Germaniae , renuntiationes filiarum esse receptas , ulterior probatione vix ac ne vix quidem indigebit. Cothman. L. 2. resp. 99. n. 103. Besold. p. 2. consil. 49. n. 76. Rosenthal. d. Fend. c. 7. concl. 25. n. 17. siquidem ab ipso Imperatore sub clausulis salutaribus videlicet ; salvo jure Imperii & cuiuscunq[ue], dem heiligen Reich / und manniglich an seinem Rech- ten ohne Nachtheil, confirmantur, vid. Gail. 2. Obs. 127. n. 7. Grav. L. 1. concl. 11. Carpz. ad L. Reg. cap. 6. sect. 7. n. 36. add. J. Klock. vol. 2. consil. 91. n. 5. Et talia quoque de succedendo pacta , sub certa forma militibus quoque pangere permisum esse Jason. vol. 4. consil. 69. n. 12. evincere conatur , ubi idem etiam quoad pacta de succedendo , ad fa- vorem p[re]i[st]e causae tendentia , confirmat , cui tamen merito & omni jure contradicit Carpz. p. 2. c. 35. d. 20. n. 6. & Harppr. ad §. 3. & 4. Inst. d. testam. ordin. cum milijum pacta de suc- cedendo concepta non in vim pacti , sed ultimae voluntatis valeant , adeoque perpetua non sint , sed revocabilia.

§. 7. Et hæc suntio B. L. quæ de difficillimâ ac intri- catissima hac pactorum materia , hactenus ob temporis pe- nuriam congerere , vel potius per transennam quasi inspi- cere licuit , quam (ut verum fatear ,) ejusdem raritate alle- gatus , in dissertationis Academicæ Inauguralis argumentum assumere non dubitavi , videbis , pro tua quam in dijudican- dis hisce mihi pollicor æquanimitate , in quantum veritati litaverim , errorumve me abduxerit fucus , veniam homini haud denegaturus : Vacillamus enim , imo cadimus inter- dum , surgamus , & summa qua fieri poterit celeritate cor- rigamur , quod temporis eruptum lapsu est , & quod vitium posuit atas , auferat atas. Lips. Lit. I. epistol. 19. Tibi vero Tri- uni

* (37) *

uni DEO pro clementissime latis hactenus stipendiis, aliis
que, quæ fando asequi non possum, immensis beneficiis,
sempiterna sit gloria, in qua olim vita, in præsens
vero thematum horum Inaugura-

lium stamen

FINIO.

NOBILISSIME DOMINE DOCTORANDE.

Solo libenter, quoties incidit occasio, de virtute hominis, cuius merita usui futura sunt
Reipublicæ, commemorare, præsertim cum
de studio & amore inserviendi rei literariæ certus
& ex vita instituto cognitissimus sim. Omnino
ergo multa mihi de ingenio tuo deque præstantia
in jure dicenda essent. Sed tu eam opinionem,
quam ex convictu aliquot annorum de te concepi,
Viris cordatis, quibus cum vivendi dabitur olim
occasio, longe majorem facies. Vere hoc tibi ad-
firmo ; Studii tui ratio ab hisce annis placuit mi-
hi ; placet adhuc rioris argumenti materia,
quam in cathedra defendendam elegisti, erudite
& gnaviter scripta. Neque dubito, si praxin cum

E 3

scientia



* (38) *

Scientia conjunxeris, quin possis aliquando inter optimos Justitiae Sacerdotes ceaseri, insigneque industria tuae petere præmium. Placeat Tibi primus hic honos, quem in hac nostra Academia cum applausu aucuparis & terminos, quos tibi proposuisti, non aliter quam virtute proferas. Vide, quanta in Te Venerandi Parentis Patruique incluti spes sit atque expectatio. Eam magno cum gaudio adimplebis. Ego certe, nisi pro illo tuo tam propenso ad me amandum complectendumque studio, tibi obstrictus permaneam, mihi sim dissimilimus, quod nulli anni efficere poterunt consequentes. A me potius, ut posthac omnia officia expectes, quæ ab homine amicissimo expectari possunt, te etiam atque etiam oro. Vale. Dabam Jenæ, d. 24. August. 1680.

Tui Studioſiſſimus perpetime

PETRVS Müller, U. J. D.
Prof. Publ.

Dic

Der Themis ⁽³⁹⁾ Himmel ist von Marka
Stuhl noch frey/
In diesem Musen-Sitz hat Charon nichts zu
schaffen :
Ob der und jener gleich oft macht ein
Pest-Geschrey/
So lässt der Höchst uns doch noch nicht so
schnell wegraffen.
Dem Himmel sei gedanckt vor solche
Gütigkeit/
Der unser Saal- Athen durch seinen Engel
schützt/
Und macht daß Fleiß und Kunst noch übt
den Tugend-Streit/
Dass Phobus auf dem Thron bey seinem
Musen sitzt.
Ein Zeugniß dieses Glücks und deiner
Tugend auch
Legstu / O Edler Freund , der Welt vor
Aug- und Ohren
Indem auf Themis Thron du steigst
nach altem Brauch/
Die dich zu Ruhm und Nutz des Vaterlands
erkoren,


Ich

* (40) *

Ich wünsche Dir hierzu des Höchsten
theure Kunst/
Die Huld der Vater-Stadt und ein ge-
wünschtes Leben.
Wer so die Rechte lernt und liebet wahre
Kunst/
Desselben Nahme muß einst unter Sternen
schweben.

Seinem Hochgeehrten Herrn Bru-
der wünschet dieses in höch-
ster Eil

Augustus Drachstedt,
J. U. Ddus.



Jeca, Diss., 1680 N-Z



TA → OC

WCA





168943b CL
15

DISSERTATIO IN AVGURALIS IVRIDICA,
DE
**PACTO HEREDITATIS
CONSERVATIVO,**

Ober:
**Bon dem was zu Erlangung einer Erb-
schafft, besonders Rahmens derer Abwe-
senden/denen Rechten nach vorzunehmen.**

Q V A M
 FAVENTE DEI GRATIA,
*EX DECRETO ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS
 IN CELEBERRIMA SALANA,*

PRAESIDE
DN. GEORGIO ADAMO STRUVIO,
 ICTORUM CONSUMMATISSIMO, SERENISS. DVCVM SAXO-
 VINARIENSIVM CONSILIARIO INTIMO EMINEN-
 TISSIMO, FACULTATIS IVRIDICAE PRAESIDE OR-
 DINARIO, CVRIAEC PROVINCIALIS AC SCABINATVS
 ASSESSORE PRIMARIO GRAVISSIMO,
 ETC. ETC. ETC.

DOMINO PATRONO AC PROMOTORE SVO SVMMO
 OBSERVANTIAE CVLTV PROSECVENDO,
 PRO SVMmis IN VTROQUE IVRE HONORIBVS, DIGNITATIBVS
 AC PRIVILEGIIS DOCTORALIBVS, RITE ET SOLEM-
 NITER CAPESSENDIS,

PUBLICO ERVDITORVM EXAMINI SISTIT
WOLFGANGVS CHRISTOPHORVS DONAVERVS,
 ORTENE. BAVAR.

AD DIEM 31. AVGUST. ANNO CICIO C LXXX.

IN ICTORVM AUDITORIO,
 HORIS ANTE ET POMERIDIANIS.

IENAE, REC. LITERIS HELLERIANIS, 1733.